

DIE 19 JULII.
XIV. KALAUG.

PRETIOSISSIMI SANGVINIS

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.



ANTIPHONA AD INTROITUM .

Eph. 1, 6-7.

Ratificávit nos Dóminus in dilécto Fílio suo in quo habémus redemptionem per Sánguinem ejus in remissionem peccatórum. *T.P.* Allelúia, allelúia. *Ŷ. Apoc. 1, 5.* Qui diléxit nos et lavit nos : a peccátis nostris in Sángvine suo. **Glória Patri. Gratificávit.**

Dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

DMnípotens ætérne Deus qui in Fílio tuo dilécto Dómino nostro Jesu Christo ita tibi complacuísti ut ómnia in ipsum pacíficans per Sánguinem ejus, sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt, reconciliári voluísti † : ánnue famulórum tuórum supplicatióni, * ut cujus Pretiósium Sánguinem venerámur in terris sit nobis remíssio peccatórum in cælis,

Dóminus noster Jesus Christus, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus per ómnia sæcula sæculórum. **Amen.**

Léctio Epistólæ beáti Petri Apóstoli. *1 Petr. 1, 18-21.*

CAríssimi : sciéntes quod non corrup-tíbilibus auro vel argénto redémpti estis, sed Pretiósio Sángvine quasi Agni immaculáti et incontamináti Christi, quem suscitávit Deus a mórtuis et dedit ei glóriam ut fides vestra et spes esset in Deo.

GRADUALE. Apoc. 5, 9.

Ignus es Dómine aperíre librum et sólvete signácula ejus, quóniam occísus es et redemísti nos in Sángvine tuo. *Ŷ. Hebr. 9, 12.* Christus per próprium Sánguinem introívit semel in sancta ætérna redemptione invénta.

Tempore autem paschali omittitur Graduale et ejus loco dicitur :

Allelúia, allelúia. *Ŷ. Joh. Ep. 1, 1, 7.* Sánguis Jesu Christi Fílii Dei emúndet nos a peccátis nostris. Allelúia.



Llelúia, allelúia.

¶. **1 Cor. 6, 20.** Empti

estis pretio magno :
glorificáte Deum in corpore
vestro. **Allelúia.**

**In Missis votivis post Septuagesimam,
omissis Allelúia et versu sequenti
dicitur :**

TRACTUS. Hebr. 13, 12.

Jesus, ut pópulum
suum per próprium
Sánguinem sanctifi-
cáret, extra portam passus
est. ¶. **Rom. 3, 24-25.** Jus-
tificáti gratis per ipsius
gratiam quæ in Ságuine Jesu
Christi. ¶. **Rom. 5, 8-9.** Si cum
adhuc peccatóres essémus
Christus pro nobis mórtuus
est, multo magis nunc
justificáti in Ságuine ipsius
ab ira per ipsum salvi
érimus.



**Sequéntia Sancti
Evangélii secúndum**

Lucam. Luc. XXII, 39-44.

In illo témpore : egréssus
Jesus ibat secúndum
consuetúdinem in mon-
tem Olivárum ; secuti sunt
autem illum et discípuli ; et
cum veníssent ad locum, dixit
illis : « Oráte, ne intrétis in
tentatiónem. » Et ipse avúlsus
est ab eis quantum jactus est
lápидis, et pósitis génibus

orábat dicens : « Pater, si vis,
transfer cálicem istum a me :
verumtámen, non mea
volúntas sed tua fiat. »
appáruit autem illi Angelus
de cælo confórtans eum, et
factus in agónia ; prolíxius
orábat. Et factus est sudor
ejus sicut guttæ Sánguinis
decurréntis in terram.

Dicitur Credo.

**ANTIPHONA AD OFFER-
TORIVM. Joh. XIX, 34.**

VNus mílitum láncea
latus ejus apéruit, et
contínuo exívit
Sanguis et aqua.

SECRETA.

Reces pópuli cum hoc
sacríficio laudis, quæ-
sumus Dómine placá-
tus admítte † : ut in Sán-
guine Jesu Christi Fílii tui
justificáti regni ejus cohæ-
redes tandem esse possímus.
* Per eúmdem Dóminum
nostrum Jesum Christum †,
qui tecum vivit et regnat in
unitáte Spíritus Sancti Deus *
per ómnia sæcula sæculórum.
Amen.

Præfatio propria¹.

**Vide ad calcem textum cum notulis
musicis.**

¹ Hæc Præfatio (Col. 1, 12-14) addita est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere, Dómine, Sancte Pater omnipotens ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum.

Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctórum in lúmine, qui éripuit nos de potestáte tenebrárum et tráns-tulit in regnum Fílii dilectiónis suæ, in quo habémus redemptiónem per Sanguinem ejus, remissionem peccatórum.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ canimus sine fine dicentes :

Sanctus.

ANTIPHONA AD COMMUNIONEM. *Hebr. 9, 22.*

Ine Sanguinis Jesu Christi effusióne non fit peccatórum remissio.

POSTCOMMUNIO.

Domine Jesu Christe mediátor Dei et hóminum, qui pretium Sanguinis tui in redemptionem pro ómnibus fudisti

† : réspice, quæsumus, ut in virtútem ejúsdem Pretiósí Sanguinis tui quem nunc pio cultu in hoc sancto loco venerátur, ejus póstea efféc-tum consequátur salutárem. **Q**ui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus * per ómnia sæcula sæculórum. **A**men.



V.I.O.G.D.

